

redituros, quia sperato longius tardabatis, et certitudinem de vobis invenire non poteram, referentibus multis, quod in curia non essetis, sollicitudine quidem et dubitatione non carui. Immo velud in extasi positus mea videbar intentione frustratus, donec ad dominum R. pagina vestreⁱ delegacionis applicuit, que vestre causam absencie et protracte^k dilationis materiam reseravit. Tunc etiam michi formidinis rubigo non defuit, cum convalescenciam post languorem tenor litterarum exprimeret. Ex primo tamen conceptu infirmitatis premissae dolor utrumque respuit, sed pectoris titillatio non quievit. Nec mirum, cum salus mea a salute vestra dependeat, et spes mea tota radicata in vobis consistat. Scitis enim, quia cunctis postpositis curis residuum dierum meorum serviciis vestris implicare disposui, sperans in mea credulitate non falli, quod inter adversa et prospera, inter turpia et tranquilla sub vestre protectionis auxilio postremum vite calculum divina opitulante clemencia in gaudio terminabo. Amplius, venerande pater, cum ad meum desiderium exprimendum omnia ista sufficiant ad optinendam certitudinem de continencia et mora vestra, ut mea sic amodo sollicitudo non trepidet, litterarum vestrarum munus imploro et me sicut possum dominationi vestre humiliter recomendo.

IV. Verzeichnis der Anfänge.

A sapientum discretis 25	Cum causam, que vertitur 61
Ab aquilone 1	Cum data lex 8
Accedens ad sedem 105	Cum data sit 11
Adhuc cogor 127	Cum deceret vos 124
Amaritudo amarissima 44	Cum excellencie vestre 68
Aqua Sancti Germani 29	Cum plurima sint 27
Arascitur amor 130	Cum Romana curia 98
Asserit M. lator 114	De data, quam petitis 113
Audita morte 137	De fratre S. 106
Audivi, quod quidam 92	De mora mea 90
Celsa potencia 34	De nolente volentem 86
Certificari per Dei gratiam 80	De precepto communis 89
Certus sum 38	De pura et sincera 15
Circumdederunt [me] gemitus 9	De seculo nequam 45
Collegerunt pontifices 37	Differebamus hactenus 60
Commendatur per opus 51	Dignum est et consentaneum 101
Communis participii 97	Dignum est, ut pro illo 138
Conturbatus est venter 35	Dilectionis et prudencie 26
Credentes vos esse zelatores 69	Dilectos filios B. et M. 103

141. ⁱ) *folgt dilectionis getilgt R* ^k) *protacte R*